Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



134 melo. et homo ille magnus nimis. erat quoque
ei oues tria milia. et mille capre. Et
accidit. ut tonderet grex eius in carmelo.
Nomen autem uiri illius nabal. et nomen uxoris
illius abigail. erat quoque mulier illa pruden
tissima et speciosa. porro uir eius durus
et pessimus et maliciosus. Erat autem
de genere caleph.

Samuel moritur. cum prophetia
mundo subtrahitur. Uniuersus israel cum la
mentatur. quia uniuersa multitudo fidelium.
ad lamenta uere penitentie et compuncti
onis prophetarum scriptis prouocatur. Samuel in do
mo sua in ramatha sepelitur. quia prophetia in
ecclesia que fide et dilectione dei est excelsa con
seruatur. Dauid consurgit. cum sublata pro
phetia. xpc in mundum uenit. Dauid in de
sertum pharan descendit. cum xpc in plen
itudine legis uenit. Pharan enim frugifer
dicitur. quo nomine uetus lex que diuinorum
eloquiorum fruge redundat. designatur. Vir
quispiam in solitudine maon habitat. quia
populus iudaicus munitionem ueteris testamenti
inhabitat. Possessio eius in carmelo esse scribi
tur. quia in scientia circumcisionis tota spes
eius reponitur. Carmelus enim scientia circumci
sionis dicitur. quo nomine omnis cerimoni
arum legalium cultus exprimitur. Homo ille
magnus nimis esse dicitur. quia per scientiam legis.
populus iudaicus ualde gloriosus efficitur. Sunt
ei oues tria milia. que sunt sacerdotum. scri
barum. et phariseorum examina. Sunt ei mil
le capre. que sunt subiecti populi turme. carna
lium cerimoniarum obseruantia fetide. Grex
eius in carmelo tondetur. cum multitudo
populi subdita legi. in cultu circumcisionis
et cerimoniarum peccatis exoneratur. Nomen
uiri illius nabal scribitur. quod insipiens dicitur. quia
populus iudaicus data sibi lege insipienter ab
utitur. Nomen uxoris eius abigail scribitur.

quod patris mei exultatio dicitur. per quam sancta ecclesia in
telligitur. que de scientia legis progreditur. de qua
dam patri leticia nascitur. Mulier prudentissi
ma est et speciosa. quia sancta ecclesia fide et dilecti
one admodum fit gloriosa. Porro uir eius durus est
et pessimus et maliciosus. quia populus iudaicus.
per mundi concupiscentiam durus. per odium xpi pessimus.
per odium ecclesie fit maliciosus. Qui de genere ca
leph esse scribitur. quod canis dicitur. quo nomine moy
ses exprimitur. qui primus doctorum in mundo per legis
lationem efficitur. quia per canem ordo predicatorum in
telligitur. Nabal de genere caleph progreditur.
quia moyses per legis lationem populi iudaici pater

Cum ergo audisset dauid efficitur.
in deserto. quod tondere nabal gregem
suum. misit decem iuuenes. et dixit eis. Ascendite
in carmelum. et uenietis ad nabal. et salutabi
tis eum ex nomine meo pacifice. et dicetis sic.
Fratribus meis et tibi pax. et domui tue. et omnibus
quecumque habes sit pax. Audiui quod tonde
rent pastores tui gregem. qui erant nobiscum
in deserto. Nunquam eis molesti fuimus. nec ali
quando defuit eis quicquam de grege. omni
tempore quo fuerunt nobiscum in carmelo. Interro
ga pueros tuos. et indicabunt tibi. Nunc ergo in
ueniant pueri gratiam in oculis tuis. In die enim
bona uenimus ad te. Quodcunque inuenerit
manus tua. da seruis tuis. et filio tuo dd.

David in deserto audit. quod nabal
gregem suum tondeat. quia filius dei in deserto re
cognoscit. quod populus iudaicus per legis scientiam.
ignorantie sarcinam deponat. Dauid decem
iuuenes ad nabal mittit. cum filius dei decalo
gum populo iudaico in deserto tradit. Qui be
ne per iuuenes denotatur. quia per decalogum iuuen
tus spiritus renouatur. Dicit dauid nuntiis iu
uenibus. quia filius dei spiritum sanctum mittendo precipit
decalogi sermonibus. In carmelum ascendite.
scientiam circumcisionis et cultum dei populo iu
daico ostendite. Ad nabal uenietis. ut insi